



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Lacrimæ Orbis Universi, Post Primam Protoparentum
nostrorum E Paradiso Exulum culpam, exortæ, In
Universim Genus Humanum, traduce reatu propagatæ,
Ruptis animorum abyssis, Laxatis cordium fontibus, ...**

Schmucker, Mathias

Glacii, Anno 1689

Apostrophe Ad Eundem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38152

lacrimarum incitamento, suo, & aliorum animatus
emplo, salutis viam temporari disponat, & amice
net & paternè adhortatur.

APOSTROPHE AD EUNDEM

Ex S. Paulino epist. 36. ad Jovium Tributarium

Omnium Poëtarum floribus spiras, omnium Oratorum
fluminibus exundas, Philosophiæ quoque fontibus irrigaris,
peregrinis etiam dives litteris, os Attici & Ciceronis
favis imple. Quæso te ubi tunc tributa sunt, cum Terentium
& Demosthenem perlegis, vel jam utilitatem de saturitate
fastidians lectionum, Xenophontem, Platonem, Catonem
perlectos revolvis, multosque præsertim, quorum nos fortè
nomina, tu etiam volumina tenes? Ut istis occuperis,
immunis & liber, ut Christianus, hoc est, sapientiam Dei
discas, Tributarius & occupatus es. Vacat tibi, ut Philosophus
non vacat ut Christianus sis. Verte potius sententiam
sis Dei Philosophus, esto Peripateticus Deo.

Ex S. Prospero in sententiis.

Divitiis, & floribus, & Majorum Nobilitate
delectatus: de Patria & pulcritudine corporis, &
honoribus, qui tibi ab hominibus deferuntur, te
respice te ipsum, quia mortalis es, & quia terra es
in terram ibis: Circumspice eos, qui ante te sideribus
fere splendoribus: ubi sunt, quos ambiebant civitates
potentatus? Ubi insuperabiles Oratores? Ubi
convenientius festa disponebant; Ubi equorum splendore no-

Ubi nutritores? Ubi exercituum Duces? Ubi Satrapæ
 tyranni? Nonne omnia pulvis? Nonne omnia fa-
 milia? Nonne in paucis versibus eorum vitæ memoria
 est? Respice sepulcra, & vide, quis sit servus? quis
 Dominus? quis Dives? discerne, si potes, victum à Re-
 ge, fortem à debili, pulcrum à deformi. Memor itaq;
 esto tui, ne aliquando extollaris: memor autem eris, si
 te ipsum respexeris.

*Ex D. Eucherio Episcopo Lugdunensi, qui
 Mundi Vanitatem deplorans, ab hac Valerianum cogna-
 tum suum avertere laborat: ipsismet oculis præsen-
 tissimè ingerit defluentium rerum vilitatem.*

Agitur humanum genus, inquit, rapida in occasum
 mortalitate, omnisq; posteritas succedentium sæ-
 culorum lege decurrit. Patres nostri præterierunt;
 nos abibimus, posteri sequentur; velut ex alto undarum
 ætus, aliis atque aliis supervenientibus, in littoris ex-
 tremis franguntur; ita ut in terminum mortis succidiæ
 succiduntur ætates. Quidquid est, illarum rerum faci-
 es, adumbratis quondam nitoribus expolita jam obsole-
 vit, omnisque fucatus splendor intercidit. Vix jam
 hoc habet Mundus, ut fallat, periit imago illa rerum ad
 decipiendum usque decora. Prius nos seducere vero
 cogitabat fulgore: non poterat: propè jam non valet
 ipsa nos falsâ ostentatione corrumpere. Solidis bonis
 crebatur, ecce deficit etiam caducis. Non hunc, aut ad
 tempus speciosa ornant, aut imposterum mansura con-
 stant, nisi nosmet ipsi decipimus, pœnè Mundus de-
 cere non potest. Sed quid dissimulamus ea ex pre-
 mere

B

mere

OH
 45

mere quæ fortiora sunt? Dissipatas loquimur opes
 di, cùm jam ipse Mundus in finem suum vergens,
 tiis agatur extremis. Quantò istud majus & gra-
 est, quòd jam ipse non in longum erit? Quid con-
 moramus attritam ejus rem & supellectilem? Ne-
 meritò in defectum viribus ævo non sumptis urge-
 adminiculisque suis destituitur, cùm jam in senium
 tanti onere succumbat. Postrema Mundi ætas re-
 est malis, tanquam morbis senectus. Visa sunt, vid-
 tūrque jam dudum ista cano sæculò: fames, pestilentia,
 vastitas, bella, terrores. Hi sunt in ultimis jam
 langviores sui: hinc sæpè illa cernuntur signa, motus
 terrarum, permutatæ temporum vices, monstro-
 mantium fœcunditates: quæ omnia adhuc proced-
 tis prodigia sunt Temporis, sed jam deficientis. Sa-
 enter opinor, omnia & cum nervo, dignaque Eucha-
 qui magnorum sui sæculi Pontificum longè Maximian-
 men retulit.

O D A.

Quid doctos terimus Candide codices,
 Fatis interea dura legentibus
 In nos de rigido carmina pulpito?
 Fuscamus cerebrum nube, Cleanthicis
 Doctum luminibus: volvimus indices,
 Et curas vigili dicimus Hespero
 Facturi invidiam lumine Phosphoro,
 Nostræ non memores, quàm niteat brevis
 Fax vitæ impavidis, forsan in ultimas
 Cessuræ tenebras & tumuli Scrobem.
 Sic horas studii ducimus ebrias
 Lassatósque dies: inflatiabilis

Vitam surda terit lima Scientiæ,
 Virésque attenuat gloria Nominis
 Longis ingenii parta caloribus.
 Instillat cyathis toxica melleis,
 Et virus sapiens Palladis amphora,
 Sacris amphora circumdata laureis,
 Et Phœbi pateræ: dulcior influit
 Magnarum rabies & furor artium.
 Torqueri volupè est: dulcè jugum pati:
 Ambimus stimulos, quos Sapientiæ
 Infigit cupido dextera vertici.
 Ætas pulsa fugit: prætereunt dies,
 Succedunt refugis tempora solibus
 Morborum vario armata satellite.
 Ornari satis est: quid iuvat ossibus
 Succosam studiis pervigilantibus
 Exturbare animam? robur & intimus
 Nervorum vigor abstergitur, & suum
 Ætati pretium: viva cadavera,
 Et mortes gerimus vultibus, & phthyses,
 Et patres spuimus tussibus hecaticas,
 Et quæ non parimus semina mortium?
 Flagrant ictericis ignibus ilia,
 Internisque ferox fulminibus furit
 Atræ fæx cholæræ: fluctuat, æstuat
 Tempestas animi: mens hypochondricis,
 Ceu navis pelago jacta, tumultibus
 Tres Orci queritur visceribus Deas,
 Aut pectus, Titii carpere vulturem.
 Non ignota loquor: dum premimus libros,
 A Fatibus premimur: carmina scribimus,
 Et falsa celebres arte Philippicas,
 Et multo nova sudore volumina:
 Ast in nos digito scribitur Æaci

Vitæ ultima sententia iudicis,
 Experto nimium crede: quid ambias
 Famæ progeniem, nominis & decus
 Immortale tuis Candide litteris?
 Si quæ notitiæ materies tuæ
 Magnorum steterit chara favoribus,
 Livoris rabies, & mala mentium
 Pestis, continuò nominis æmula
 Longis invidiæ te scabet unguibus.
 Serò cum Phrygibus quot sapiunt? suum
 Qui vitæ dederunt manè scientiis,
 Ætatisque diem Palladis artibus?
 Tandem continuis acta laboribus,
 Morborumque gravi exesa teredine
 In se vita ruit: canus inambulat
 Anhosusque dies tempora: Ver fuit,
 Et nusquam est: vetulam totus in arborem
 Majus computruit: transit in gelu
 Ætatis melior flamma Decembrium,
 Ignavasque nives: nulla caloribus
 Sacri vena fluit verticis: entheus
 Torpescit gelido spiritus in foco.
 Parnassus viridem gestit Apollinem,
 Et flavam capitis cæsariem, chorus
 Ter ternus, gemini verticis, & gelu
 Languoremque fugit carminis ossi,
 Elumbésque modos: non facit ad lyram,
 Alternosque pedes nænia flebilis.
 Explodunt tremulam Castalides manum,
 Et tussim vetuli carminis, excreat
 Quæ vix non animam cum pedibus gravem,
 Daphnem Bruma fugat pallida verticis,
 Hanc & Virgo fugit Thessala Stiriam,
 Daphne sueta rosis non nive cingier.

Non incana tegit tempora laurea:
 Nec blætos sequitur gloria Rhetores.
 Orator vario Tullius aruit
 Felix eloquio: flumina Rhetorum
 Jam frustra Latiis docta liquoribus
 Effatam afficiunt: non tonitru ruit,
 Nec suadæ feriunt fulmina porticus.
 Hæret pumiceis totus in ossibus
 Fracta voce silex: cedo: quid exedras,
 Et Demostheneas sollicitem stolas?
 Sudoris satis est: gloria vellicet
 Inconstans alios: pulpita laureas,
 Et famæ titulos, qui cupit ambitu
 Quæret sollicito: me iuvat unice,
 Quamvis Palladiæ dote scientiæ
 Olim conspicuum, sanguine splendidum,
 Fortunatum opibus, nobilibus procul
 Abstractum invidiis, sub lare paupere,
 Spretis divitiis, gloriâ, honoribus,
 Mundo, delitiis, prosperitatibus,
 Pompis, obsequiis, spebus, amoribus.
 Clarâ stirpe Ducum, sanguine Principum,
 Arcanis Superum consiliis frui.
 Stultus divitias Terrigenum furor
 (Auri sacra fames) in cumulos legit,
 Et census numerat, nobilem atrocibus
 Tormentis animum subijcit, & iugo
 Plusquam Bistonio barbarus opprimit:
 Curarum pelagus, tristitiæ fretum,
 Et Scyllæ scopulos (sollicitudinum
 Formidabilem saxa) domesticæ
 Præceps ingreditur: qui Babylonis
 Fortunis inhiat, fit Titius sibi
 Pascens Tænarium pectore vulturem.

Quantumcūque premat cista pecuniæ,
 Auri dira fames non satiabitur,
 Numorūque sitis: serinia turgeant
 Argento, sed opum semper inania
 Sunt desideriis vota perennibus.
 Torquentur miseri semper, & improbis
 Sudat subdita mens anxietatibus,
 Infelix sibi: qui stare beator
 Paupertate sua posset, & omnibus,
 Contentus modico, delitiosior
 Regum lautitiis paupere sub penu.
 Contemptis opibus qui populo miser,
 Infelix, & inops creditur, aureis.
 Fortunatior est, ac opulentior
 Thesauris Arabum, & divitiis Phrygum:
 Hic ipsis superis invidiam movet,
 Frugalis vacuum quem sapientia
 Vulgi colla super subleuat altiūs.
 Virtus splendida sub paupere mantica
 Lætos, tristitiæ nescia, agit dies.
 Quando veste gemit sub Tyria Mydas,
 Trissem pauperiem vidi opulentibus
 Fortunæ imperio bile frementibus
 Imponi Æmiliis: paupere Regiam
 Quadrâ, & Cæsaream forfureo gulam
 Pasci farre: Codris, Callicrates pares,
 Fasces Romulidūm, fascibus arborum
 Festo Chaoniis igne crepantium:
 Vidi Tarquinius, quos Babylonia
 Gemmatibus coluit purpura fibulis,
 Claros imperio, sanguine, viribus,
 Exutos trabeâ, torque, potentiâ,
 Regni præsidiiis & diademate,
 Et scepro & solio, paupere penulâ,

Et eentone regi: fascibus inclytos
 Et bellis celebres laurigeris Duces
 In cæno Marios! & Dionytios,
 Raptis Imperii clavibus, exules
 In ludo graphium ferre Didascalos
 Contentos pretio vilis edulii,
 Et cingi tunica pauperis Ibici.
 Præstat sponte sua quarere, quàm metu
 Fortunæ impositam pauperiem pati,
 Tortores loculos, carnifices opes
 Virtutis studio spernere masculæ,
 Et plantâ premere, his quàm dominis premi,
 Et cordis furiis continuis agi.
 Soli me mihi do: sufficio mihi:
 Non desideris jactor inanibus:
 Cræsus divitias, Irus habet nihil,
 Exoptâtque nihil: pessima Divites
 Curarum exagitat sarcina Pauperes.
 Nullo pauper eget: num tunicâ aureus
 Aut ferruginea cyclade laneus
 Pannofûsque fiat, nil humili interest.
 Non uror Tyriæ vestis amoribus:
 Sat cultus veteris vellere sepia
 Agnosco cineris pauperiem mei.
 Sic nullo tumidus murice, neminem
 Sub vili miserum terreo gauſapa
 A nullo pavidus: non vigil anxias
 Insomnesque queror sollicitudines:
 Non curis animum, nulla tumultibus
 Pax interna quatit: nunc hilaris premo,
 Quantis invidiæ nata faventium
 Magnatum steterit fama doloribus.
 Aulai satis est: vincula, compedes,
 Formosâsque cruces: mille pericula,

Et Syrtes pelagi, & mille voragine,
 Et navifragia, & funera prodiga
 Mercatur fatuus caupo libidinum,
 Aulam quisquis amat: fallit inanibus
 Hæc pactis animum: pascit amoribus
 Vanis implicitum, lætat honoribus,
 Hunc aulæ favor ad sidera sublevat;
 Illum ad Tartareos præcipitat specus,
 Stringit compedibus, carcere, vinculis,
 Infamique probro damnat, & ultimis
 Condemnata metit colla securibus.
 Hunc Sors immodicis laudibus evehit,
 Illum in visa premit dente calumnia,
 Hunc lambit labiis melle fluentibus,
 Illum nectareo toxico inebriat,
 Et fel vipereum inspirat ab osculis.
 Hic Fortuna suis utitur artibus,
 Hic versuta dolis ludit in Aulicos;
 Hic vasrum ingenium exercet, amabilis
 Umbræ, semideos fallit imagine,
 Apponitque oculis vitra triangula,
 Argentésque tubos, ut videant *nihil*
Immane, & fatui se diademata,
 Et sceptræ, & trabeas Orbis, & omnia
 Terrarum imperia, & divitias putant
 Se visas manibus prendere, comicis
 Delusi speculis: somnia inania,
 Et mendacia conficta tenent, brevi
 Lapsura in nebulas, & celeres Notos;
 Hic, est mancipium vivere splendidum,
 Hic, nunquam est placidum cernere Cynthium
 Innubesque dies: sunt nebulæ aulicæ,
 Sunt umbræ scelerum: quò tegitur magis
 Vindicta, invidia, ira, ambitio, dolus,

Tantò est nobilior gloria criminis,
 Exoptat tenebras aulica noctua,
 Noctem nycticorax, ne niteat jubar
 Sub caligine larvale superbæ,
 Obscuròs adeunt lucifugialites.
 Babonésque, nigros quæis lateant specus.
 Mentel larva tegit: Verba bilingua
 Cælant nequitia nomina callidæ.
 Hic, monstrum est, animum cernere candidum,
 Et mentem niveo pectore lacteam.
 Cunctis fucus inest, & spurius color.
 Mitem fert placida fronte columbulam,
 Agnellum alloquio simplice candidum,
 Intus corde gerit saucius histricem,
 Rodentémque feram pectore viperam.
 Spirat composito ex ore serenitas.
 Tempestas animo fulminat & furit.
 Hic aulæ furor est abditus, anxius,
 Qui multos jugulat: vertitur ut rota
 Mentis continuis asperitatibus,
 Et toto gerit Ixiona corpore,
 Ad suprema suæ granula clepsydæ.
 Non est ferrea constantia lusibus
 Terrenis, nec homo, qui stabilis sibi
 Constet sorte pari, nec sapientiâ.
O quantum vacuum est rebus in omnibus!
 Quantum stultitiæ, luxus, opes, honor!
 Eheu! ludimur & ludimus! inscii
 Quæ nos fata manent ultima temporis!
 Faulti prætereunt pennigeris dies
 Vitæ celeres rapti Aquilonibus,
 Pejores subeunt nobilioribus
 Pulsis in *nihilum*: vix orimur, mæri
 Mox nos fata iubent: fluminis in modum

Velox tempus abit: diffugiunt dies,
 Horámque hora fugat: labitur hebdomas,
 Hæc mensẽ acta trahit: mensibus abditis
 Annus cuncta suo terminat exitu.
Æternũ nihil est: in miserabiles
 Festinant cineres omnia: concidunt
 Congesta in tumultum angusta palatia,
 Equanturque solo: sic nihil eminent
 Quod non falce cadat temporis invidi.
 Nil tam magnificum stare perennibus
 Quod possit basibus: sic nihil inivium
 Quod non Fata suo præcipitent pede,
 Quod Fortuna suã non quatiat rotã.
 Ne fide huic placidum cum semel explicat
 Frontis læta jubar: ridet & oscula
 Offert prona tuis mellea basiis,
 Expanditque sinus: brachia, brachiis
 Importuna tuis iniicit, allicit,
 Affectusque rogat signa reciproci,
 Addit verba dolis, aurea, byssina,
 Mellistincta favo, nectare, Selsamo,
 Omniq̃ ambrosia Rhetorici tropi,
 Mereaturque fidem comis, amoribus.
 Hic ne crede Deæ: Dalila, Dalila
 Personata latet: palpat & implicat
 Te captum propriis criminibus, & suis
 Incantum laqueis: Virginis exiit
 Et frontem & faciem: pellicis induit
 Circe blanda genas: Tyndaris est fide,
 Vultu Proteus instructus in omnia, &
 Mutari facilis corpora fraudibus.
 Quas Fortuna vices, quos variet modos
 Expertus didici: gratia Principum
 Radix invidiæ, perfidiæ comes,

Fomes dissidii, suspicionibus,
 Offensis, odiis, seditionibus
 Infonem afficiunt: tela calumniæ
 Improvisa petunt, & faciunt reum.
 Infestos quoties Nominis æmulos
 Et famæ insidias ingenuæ aulicas
 Pressa voce tuli? fulgura & horridæ
 Tempestatis aquas, fulmina, grandines
 Excepi clypeo pectoris æneo.
 Præfens canities roseida lacrimis
 Morbi, & debiliū rudera virium
 Aulæ præmia largissima splendida
 Consignata gravi muta silentio,
 Insignique animi sunt patientiâ.
 Afflicti tineas pectoris, & graves
 Quot læso dolui corde teredines?
*Tanti pompa stetit vana Favonii,
 Aulique favor, maestitia seges.
 Uno fonte fluit gratia Principum,
 Et livor parium: qui minor, invidet:
 Odit par: humilem despicit altior,
 Virtutemque premit flagitiosior.*
 Uni sufficiat vivere Principi,
 Auctoriq̃ue Deo: cui dedit affatim
 Naturæ Dominus, provida corpori
 Cui Natura fatis: sufficit: amplius
 Quid frustra cupiam? non Lybiæ fera
 In farto rabidus ventre furit Leo,
 Non Massyla tigris cùm posuit famem.
 Virtus delicias odit, & ebria
 Spumantis Bromii cymbia, nauscat
 Mensarum illecebras, emoritur gulæ
 Inter luxuriam: quid Sibariticæ,
 Quid mensæ Syriæ, quidve Vitellii

Abro.

Abronisve epulæ , luxus Apitii,
 Impensæ Antonii , cæna Cleomenis,
 Gambysisve dapes , sint , satiabilis
 Ignorat modico : spernere regias,
 Lente , & caule satur , docta cupedias.
Naturam, stomachum, & non trepidam famem
 Convivas habet , & pane , fabâ , cibo
 Pastos tam facili sobria recreat,
 Ultra quid cupiat , si modico est satur ?
Natura & stomachus non petit amplius.
 Tota est summa , satis . Non peto Cæcubum
 Campanumve merum : Lesbia turgidis
 Non infusa Scyphis vina , nec aureis
 Decertata gulo massica poculis,
 Non pingui recreat polline spumeus
 Excoctus lupulo zythus : ab obvio
 Placo farre famem : me saturat nigro
 Incrustata Ceres cortice (quam suis
 Exceptura Deos hospitibus dedit
 Baucis Numinibus Majugenæ & Jovi)
 Non mandi vetulis saxea dentibus,
 Non fractis stomachi dura caloribus ,
 Sed cuicumque Seni cerea digeri,
 Assueta exiguis pascere ferculis
 Dimensioque famem : non gula nobiles
 Ardet delicias : Sat mea panico
 Sat vivit levibus lautia pultibus,
 Nulli dura coquo , lymphâ domestici
 Fontis , grata suo frigore , sobriam
 Sedat pota sitim ; cui satis omnia
 Ad gustum faciunt : Phasis Achæmenem
 Insuetis satiet lauta volueribus :
 Me robusta ceres , atque animi quies
 Nullis invidiæ nota caloribus

Ad votum saturat : non furor Imperi
 zelantis famulos sub juga poplites,
 Et, quæ nescio Decreta Quiritium
 Constantes animi præcipitant bases.
 Austerus cilium concutiat Cato,
 Immittat rigidum palpebra fulgetrum,
 Linguae Fabricius fulmina torqueat.
 Assuetum Curii grandinibus caput
 Evibrata Jovis spicula terrei
 Immoto capiet vertice. *Mens sibi*
Ipsa est præsidium criminis inscia:
Scutum tuta gerit pectore, quæ potest
Inconcussa metu dicere, sum innocens.
 Læsus justitiam non paro vindicem:
 Non appello Deos, nec superum fora.
 Nec consulta novis pulpita jurgiis:
 Nulla bile micat vena : perambulat
 Puro sanguineus fonte per artuum
 Diffusus latebras pectoris alveus.
 Non rodit nocuo Palladium meæ
 Famæ callidior dente calumnia.
 Tempestat tonitru nulla nec imbribus
 Improvisa ferit fulmine : nubila
 Nec mentem nebula præcipites agunt,
 Obnubuntque diem : quotquot eunt dies,
 Puro sole micant : pullulat otii
 Exoptata seges : divite copia
 Dispensat superum gratia gratias.
 Quæ curæ vigiles, quis labor & pavor
 Alto sollicitos qui folio sedent
 Enervent, hilaris nescio : quid regi
 Sit, lætus didici : quid regere, haud peto,
 Nec, si fortè velim, convenit, aut decet
 Devotum Superis : *pauperius meos*

Regnum

Regnum majus habet, faustius omnibus
 Terrarum imperiis, tutius, altius:
 Regnum est quod teneo, gratia Numinis,
 Regnum est quod cupio, gloria calitum:
 Regnum est ipse Deus Trinus, & Unicus,
 Cujus servitio vivo beator,
 Quam Mundi tumidis Magnus honoribus,
 Regnis, divitiis, praesidiis, potens.
 Non tanti celebres ambio lacrimas:
 Non ut poeniteam delicias emo:
 Pauper possideo nil, cupio minus,
 Apponoque lucro vivere pauperem,
 Securamque mei; ditior omnibus,
 Quas auri cumulat divitias amor,
 Hic solus locuples, qui patrimonia,
 In solo posuit, votaque Numine,
 Et virtutis opes: hic adamantino
 Clausus vecte jacet, tutus ab omnibus
 Thesaurus manibus Spartali & Harpali.
 Nulli hinc Autolici decutiunt seras,
 Effringuntque lares: hic posuit loco
 Tuto pauper opes, qui nihil expetit,
 Nil ambit nitidum quod sapiat lutum.
 Multum est: quod satis est: si cupit amplius
 Ultra, jam nimium est: non humilis sitis,
 Non discreta fames laura triclinia,
 Ut placetur, amat; dulce suo sapit
 Nativa vitreus fons ab origine:
 Et de rupe ruit gratior unda, quam
 Si de vase fluant massica gemmeo,
 Sic Rex ipse mihi; nullius indigus:
 Contentus modico: me rego; caeteris
 Alto consilio mandet & imperet
 Curas quisquis amat; jure coerceat.

Aut frangat populos legibus: ambiat
 Flexo servitium poplite: sidera
 Sublimi feriat vertice, & ætheri
 Inscribat titulos: *nomina criminum*
 Magnorum jaciunt semina: pullulat
 Infelix lolium; fructus honoribus
 Maturat vitium; plena periculis.
 Et subjecta citis gloria casibus.
 Virtutem jugulat: jura potentia
 Extollant alios; fulminis integram
 Sedem prabet humus; me genus & decus
 Exornat veterum nobile Principum.
 Antiquæ genus illustre Britannæ
 Deductum Proavis grande potentibus.
 Heros (stirps vetus) Ornarius Anglicis
 Exortus Ducibus: sanguine splendidus,
 Excelsis mage virtutibus: *omnibus*
Rognis altior est, sub pede qui premis
 Et sceptræ & trabeas, & diademata,
 Et de dira throno fulmina regio,
 Vibratæque minas: quotquot acinaces
 Aut tormenta furor, vel potis hæresis
 Nudis carnificum stringere brachiis,
 Forti fronte gerit: pro Fidei lucro,
 Aris, atque focis, Romulidum Sacris.
 Pulcrum est magnanimum fundere sanguinem:
 Hic murex meritum dat pretium Duci,
 Et pulcris decorat stemma coloribus,
 Virtutiq̃e sacrum, & nobile Martiæ
 Deductum à Tritavis & Proavis decus
 Reddit splendidius. Sum Procerum nepos
 Tantorumq̃e Ducum progenies Patrum:
 Non me magna tamen purpura sanguinis
 Extollit patriæ nescium originis

Quæ

Quam terra parens, omnibus æmulam
 Iris atque Codris non tulit imparem.
 Stet quicumque volet culmine lubrico
 Mundi, seque potens misceat ætheri,
 Attingat tumido sidera vertice,
 Infra se Boreæ rideat impetus,
 Et Cauri furias: nubila sub pede
 Contemnat: melior me saturat quies:
 Obscuro positus liber in angulo
 Expers invidiæ: perfruar otio,
 Quod non diminuat cura, nec anxia
 Formido, nec edax tinea gloriæ:
 Nullis per tacitum nota Quiritibus
 Ætas acta fluat tempus: in aurea
 Sic cùm pace mei transierint dies
 Nullo cum strepitu, aut turbine nubili,
 Divino obsequio compositus senex
 Plebejus moriar: cælicolûm choro
 Soli notus: *ei mors gravis incubat,*
Notus qui populis est nimis omnibus,
Ignotus moritur deficiens sibi.
 Paucis multa loquor: plura nec interest
 Ornari populum scire: recondere
 Quæ muto est satius pressa silentio.
 Ornatus satis est, cùm proba nobilem
 Virtus progeniem duxit ad æthera.
Rarò magna vacant nomina crimine:
Hac quo densa loco se cumulaverint,
His virtus laribus nobilis exulat:
Virtus est humili sub lare tutor,
Quàm Regum Assyriis recta palatiis.
 Pes affixus humi non amat ardua
 Casu præcipiti culmina gloriæ,
 Nec vulgi imperium; me titulis juvat.

Et servum positis vivere clavibus.
 Frons privata placet : mēnsque potentiam
 Submissis humeris ferre jubentium.
 Tanti non mihi sit scire , quis imperet ;
 Subiecto imperium sit satis obsequi,
 Mandatisque premi : servio sub jugo
 Quod non colla gravat, non humeros terit,
 Non vires nimio pondere dejicit :
Suave est, & leve, cum Numen amantibus
Nil sit difficile aut arduum : obaudio
 Arcanis superūm nutibus ; arbitrum
 Quod-me-cunq; jubet Nomen , id exequi
 Est in delitiis ; id lubet unicūm
 Æternæ arbitrio stare Potentiæ.
 Felix sollicitis nuda negotiis,
 Aularūmque procul seditionibus
 Mens semota suo tuta silentio.
 Quæ cum lætitiis, & mala gaudia
 Infamēsque choros, festa, libidines,
 Diræāsque agitatur Mundus ineptias,
 Gaudet delitiis, quas superūm favor
 Indulget lacrimis dulcè madentibus.
 O dulces lacrimæ ! currite, currite,
 Irrorate genas ! vos mea semina
 Inter mœstitiæ jacta frequentiam
 Fructus nata, metam gaudia cælites.
 Vos potus lacrimæ, vos lacrimæ cibus,
 Vos nectar mihi, vos ambrosia & favus,
 Has pernox comedo, perdius & bibo.
 Vos nostrum pelagus, littora palpebræ,
 Corpus navigium, remigium Dolor.
 Mens Rector, gemitus Caurus & Africus,
 Cor custos speculam, spes tenet anchoram,
 Cursum vela mei ; vota cupiditiam

C

Emi.

Emigrare putri carne frementium.
 His elatus aquis, æquora pervolans
 Mortalis pelagi, provehar hospitiæ
 In portus Patriæ; luctibus interim
 Et lætis liceat fræna doloribus,
 Et mæstis dare singultibus otia,
 Et sacris lacrimis addere lacrimas,
 Et fletus meritis addere fletibus,
 Donec dent superi dicere: *viximus*,
 Ac inter lacrimas psallere: *vivimus*.
 Hanc cecinit mixtam lacrimis Ornarius odam
 Ast, si non cecinit, potuit cecinisse videri
 Fidus Amor, frugisque bonæ, vitæq; Nepoti.
 Ad proculcandos Mundi fallacis amores,
 Carnis & illecebras, stygiique Lycaonis altus
 Mergendúm; omnem lacrimarû fluctibus Ob-

S. Chrysoſtomus, ſerm: in Eutropium *En-*
chum, Patritium, ac Conſulem, tom: 5,
mibi fol: 240.

SI unquam antea, nunc maximè licet dicere: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Ubi nunc in-
 tus ille conſulatûs ſplendor? ubi illuſtres faces? ubi
 plauſus illi ac choreæ, epulæq; & feſti conventus?
 coronæ & aulæ? Ubi ſtrepitus Urbis, & illæ Circen-
 um ſpectatorum fauſtæ acclamationes? Omnia illa
 erunt. Procella vehemens folia dejecit, arborem
 liatam reddidit, jam radicitus vacillantem: ranti-
 vis venti impacta eſt, ut, cum nervos ejus univerſos
 cuſſerit; tum ipſa funditus proſternere minetur.
 nunc fucati illi amici? ubi computationes & cenæ
 ubi Paraſitorum examen, & merum per totam diem